



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCLXXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Hanc regulam cum xxvj. ampliation. & sex lim. ponit Lambert in tract. iuris patro. in j. par. ij. lib. in xxiiiij. arti. iij. q. princ. nume. 4. vsque ad fin. fol. 187. col. iij.

REGVLA CCLXXXIII.

EXISTENS in quasi possessione presentandi, non solum potest per seipsum presentare, sed etiam per alia legitima media, sine ipsius presentia. Hanc regul. probat text. & ibi glo. & omnes doctores in c. ea noscitur. de his quæ sunt a præl. vbi Abb. & Imol. post Card. & alios ex illo tex. colligunt in ij. not. ibi, aut per literas habentem ius presentandi, posse presentare clericum per literas: quia per eas constituitur procurator. & sic a maiori, si per literas: ergo & per procuratorem. sed clarior est tex in c. si. de concess. præben. vbi prohibetur constitutio procuratoris ad presentandum beneficium vacaturum, ratione voti captandæ mortis & fraudis: ergo contrarium in beneficio iam vacante, vt non militet illa ratio, & hoc vbi volunt omnes Doctores, falsè a contrario sensu: præsertim Innoc. Ioan. Andr. Card. Abb. & Imo. ibi. idem Abb. in consi. lxxvj. nu. 2. lib. ij. Lopus in allega. viij. Pau. de Citadinis. in tract. iuris patro. in j. par. art. 3. q. 3. nu. 56. Cesar Lamberti. in tracta. iuris patro. in j. par. ij. lib. iij. q. princ. nu. 2. & ibi nu. 5. dicit qd hoc in practica seruatur. Hanc regul. ampliat septem modis & declarat restringi que pluribus modis Lambert. in d. tract. iuris patro. in j. par. ij. li. artic. xvij. iij. q. princ. fol. 195. col. j. vers. conclude ex omnibus supradictis.

REGVLA CCLXXXIII.

EXPENSARVM condemnatio in quibus casibus fiat ante litem contestationem, ponit Spec. triginta casus in tit. de expensis. §. si ante litem contestationem, a nu. 9. vsque ad nu. 12.

REGVLA CCLXXXV.

EXPRESSIO eius que tacite inest per modum dispositionis, limitatur. Hanc regul. probat text. in l. hæc verba. ff. de lega. j. in l. si arrogatur. ff. de adoptio. in l. vnum ex familia. in §. j. ff. de leg. ij. & in l. quæ situm. in §. si. ff. de distractio. pigno. in l. non recte. C. de fideiuss. in l. Titiam. ff. ad l. Falc. in l. si in diem. ff. de condi. & demon. Circa quam regul. vltra Doct. in supradictis locis vide Parisi. in consi. xxx. nu. 13. vol. iij. Alber. Bru. in tract. de augmento. in 4. q. princ. nu. 3. & 13. Soci. Lun. in consi. clxxvij. nu. 22. vo. ij. et in consi. cxxvij. nu. 224. vol. j.

Hanc regulam limitat vno modo, remittendo se ad Ale. ibi Gu. liel. Ponta. in d. l. hæc verba, nu. 3. Eandem regul. limitat quatuor modis

X